



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE MEMBRIS ECCLE-||SIAE MILITANTIS,|| TRIBVS LIBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

XXVI. Idem asseritur ex responsis Pomtificum & Imperatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53880)

Etiam ab Abate, quando praeceptum ei fuerit, agat pænitentiam, & post satisfactionem reuertatur ad gratiam.

Iudicium Ecclesiæ Germanicæ, patet ex Concilio MGVNTINensi, tempore Arnulphi Imperatoris, cap. vltim. Quia propositum castitatis assumpserint, aut monasterij claustris regulariter constringantur, aut domi manentes, castitatem sua professionis integerrimè custodiant. Ibidem confirmatur decretum 13. Concilij Elibertini, & sextuni Coloniensis Cœcilij, sub Carolo Crasso, in quibus statutum fuit, ut Virgines sacræ, si semel votum violauerint, pactum quo virginitatis perdiderint, solum in fine vitæ communionem percipiant: si autem libidini diu seruerint, ne in fine quidem eam accipiant. Multa item de vita Monachorum & Sanctimonialium habentur in Concilio Moguntino, sub Rabano.

Iudicium Ecclesiæ Italicae, patet ex Concilio ROMANO sub Sylvestro, can. 10. vbi prohibetur Episcopus benedicere virginem, quæ nuptias aliquando expetiit, nisi diu fuerit eius pudicitia probata. Et ex Concilio FORTIVLIENSI, tempore Caroli Magni: Item placuit de fæminis cuiuscunque conditionis, puellis scilicet vel seduis, qua Virginitatis, siue continentia propositum spontaneæ pollicentes, Deo mancipari fuerint, & ob continentia signum nigram vestem, quasi religiosam, sicut antiquus mos fuit in his regionibus, induat fuerint, licet non sint à Sacerdote sacrata, in hoc tamen proposito eas perpetim perseverare mandamus. Si vero postea, siue clanculo, seu publicè nupserint, dignis quidem mundano iudicio corporalibus coercita vindictis, segregentur ab iniuvem, & agant cunctis diebus vitæ sua pænitentiam, &c.

## CAPVT XXVI.

*Idem asseritur ex responsis Pontificum & Imperatorum.*

**E**RTIO, probanda est responsis aliquot veterum & sanctorum Pontificum. Ac PRIMVM CLEMENS lib. 3. constitut. Apostol. cap. 1. Quare, inquit, oportet non temere facere professionem, sed

V V u 5

cum

cum consilio & consideratione. Praestat enim, eam non  
re, quam vovere, & non reddere. De viduis loquitur.

SIRICIVS epist. I. cap. 6. dicit, nec publicas leges, nec in  
Ecclesiastica ulo modo permittere Monachis vel San-  
monialibus nuptias post votum.

INNOCENTIVS I. epist. 2. cap. 12. dicit, eas, quæ po-  
tum nuperunt, esse adulteras Christi, id est, sacrilegas.

LEO I. epistola ad Rusticum Narbonensem Episcopam  
quæ est 90. cap. 13. Propositum, inquit, Monachi proprio ar-  
ario & voluntate susceptum, desert non potest absq[ue] peccare.  
Quod enim quis vovit Deo, debet & reddere. Idem dicit cap-  
te sequenti de Sanctionib[us].

GELASIVS epist. I. cap. 22. Virginibus, inquit, sacra tem-  
se quosdam sociare cognouimus, & post dicatum Deo prop-  
rum incæsta fædera a sacrilegaq[ue] miscere, quos protinus equo  
est à sacra communione derudi, & nisi per publicam pul-  
tamq[ue] pænitentiam omnino non recipi, &c. Idem cap. 12.  
viduas etiam peccate, si post votum nubant.

Denique, GREGORIVS I. lib. I. epist. 33. ad Venationem.  
Considera, inquit, quanto periculo in diuino iudicio diga-  
eris, qui temet ipsum Deo omnipotenti, cui sub monachalibus  
desoueras, substraxisti, &c. Et epist. 40. ad Anthemium,  
iubet Monachos, si uxores ducunt, debere separati, & remit-  
ti ad monasteria.

H[ic] accedant responsa etiam Principum politicorum.  
Scribit enim Eusebius lib. 4. de vita Constantini, fuisse ab-  
rogatam à Constantino antiquam legem Romanam, qua  
priuabantur successione hereditaria homines steriles, vel  
orbiati liberis. Caussam autem abrogationis scribit fuisse  
propter eos, qui religionis & pietatis gratia ex voto califi-  
cum colebant, ne videretur lex politica pietatem velle pa-  
nire. Rursus, cum tempore Iuliani Apostatae cœpissent quan-  
dam sanctas Virgines in coniugium petere, Iouianus im-  
perator Christianus, qui Julianus successit, legem tulit, ne ca-  
pite plesteretur, qui sacram Virginem, vel ad coniugium pe-  
tere, vel etiam impudicè aspicere deprehensus fuisset. Scrif-  
bit hanc historiam Sozomenus lib. 6. histor. Ecclesiast. cap.  
3. & exstat adhuc ea lex in Codice, L. Si quis, de Episcopis &  
Clericis. Quæ lex si hoc tempore obseruata fuisset, Marri-

nus

nus Lutherus, cum non paucis ex suis, iustissimè caput amissit.

## C A P V T XXVII.

*Idem asseritur testimonio Parum.*

**V**ARTO probanda est testimo*niis* Patrum. Sanctus IGNATIUS epistola ad Tharsenses iuber honorari Virgines Deo sacras. Et epistola ad Antiochenes: *Virgines, inquit, agnoscant cui se consecrauerunt.*

DIONYSIUS Eccles. hierarch. cap. 6. part. 2. describens titum, quo initiantur Monachi, dicit eos publicè in Ecclesia promittere, se renunciare vitæ diuisibili, id est, vitæ seculari, secularis enim diuisus est, ut Apostolus dicit 1. Cor. 7. cùm partim de Deo, partim de uxore cogitet.

MARTIALIS epistola ad Tholosanos, capit. 8. dicit se Valeriat virginis persuasisse, ut virginitatem suam Deo voveret, quod etiam Iphigeniae suasisse Matthæum scribit Abdias in eius vita, & Theclæ B. Paulum scribit S. Ambrosius lib. 2. de virginibus, & Flauix domitille S. Clementem scribit Beda in martyrologio die 7. Maij, cuius etiam meminit Eusebius in Chron.

TERTVILLIANVS libro de velandis virginibus: *O sacrilega manus, inquit, que dicatum Deo habitum detrahere potuerunt, quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc à Virgine electum cognouisset?* Et in fine libri: *Nupsisti, inquit, Christo, illi tradidisti carnem tuam, illi sponsasti maturitatem tuam.* Et ibidem: *Quid, inquit, faciet ipsum continentia votum?* &c. Et libro de Monogamia, ultra medium: *Habentes, inquit, iudicium, quod primam fidem resciderunt, illam fidelicet, à qua, in fiduitate inuenta, & professa eam, noluerint perseverare.*

CLEMENS Alexandrinus Strom. 3. initio: *Est ergo, inquit, continentia, corporis despiciencia conuenienter pactis conuentis cum Deo initis.* Et in fine libri: *Dominus, inquit, dixit, qui Exorem duxit, non repudiet eam; qui non duxit, non ducat; qui autem professus est se nunquam ducaturum, sine Exore perseveret.*

ORIGE-